

1232 12/5

Terni

Ruthenia and province of Polonia

*Pope Gregory IX enjoins the prior provincial of the Friars Preachers in Polonia along with two of his friars, Fr. Jacobus and Fr. Domaslaus, to conduct a report on the conditions for Catholic clergy in Ruthenia and to evaluate the possibility of founding a Latin bishopric there.*

Source: Original document (damaged). Dominican Archives, Kraków.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ... priori provinciali, Jacobo et Domaslaio fratribus ordinis predicatorum in Polonia commorantibus [salutem et aposto]licam benedictionem. Significante dilecto filio ... Gnezensi electo nobis invotuit, quod cum in Ruscia, in qua ..... servatur, quam plures sint ecclesie Latinorum pastorem aliquem non habentes, nonnulli Biga... ..te, homicide ac alias multipliciter criminosi de diversis partibus convenientes ad ipsas in .....antum ordinibus constituti exercere sacerdotia officia in grave fidelium scandalum non ..... quorum conversationem execrabilem vita Latinorum detestabilis redditur et predictum ritum ..... venire ad obedientiam sedis apostolice contradicunt. Unde prefatus archiepiscopus humiliter postulavit, ut in regione predicta creari episcopum mandarem, per quem extirpatis vitiis ritus ibi catholicus propagatur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, eorundem clericorum insolentia tam dampnabili instigata inquiratus sollicite de regionis statu et universis circumstantiis, que ad creationem episcopi videritis inquirenda et quod inveneritis, per vestras nobis litteras fideliter exponatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Iterampni, ·iiii· idus maii, pontificatus nostri anno sexto.

Published: *Akta grodzkie i ziemskie* vol. VII no. 1; *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae* vol. I no. 6.

[ExDOP mainpage](#)

[Centre for Dominican Studies of Dacia](#)